



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

V. De Pignore, & Hypotheca; ubi & de Antichrisci, & pacto Legis
Commissoriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

Regula pra.
etica curia
justitiam
Contractuum.

Et quidem passim fatentur Doctores, contractum in aliqua Regione usitatum, & à Viris etiam probis atque honestis celebri solitum, non facilem condemnandum esse iniquitatis; simili que ex parte rudiorum sufficere, si implicitè intendant justum talem Titulum, unde consuetudo illa ortum habuit; aut velint contrahere modo, quo de jure possunt, meliori. Quod si quis autem ex mutuata pecunia sua lucrum querat præcisè vi Mutui, id nullā ratione potest à peccato excusari; cùm repugnet juri naturali, ac Divino.

Q U Æ S T I O V.

De Pignore, & Hypotheca; ubi & de Antichrīsi, & Parte Legis Commissoriæ.

Pignus, un-
de sic di-
ctum?

Pignus appellatum à pugno, quiares, que pignori dantur, manu (séu pugno) traduntur: unde etiam quidam putant, pignus propriè rei mobilis esse; prout notatur l. Plebs. ff. de Verb. signif. Porro Pignus accipitur vel pro re ipsa in Pignus data, vel pro contractu, ac resultante inde obligatione Pignoris, ut in simili dictum superius de Mutuo. (c) Differt autem Pignus ab Hypotheca, quod pignus propriè dictum sit rei mobilis, creditori à debitore tradicet, ad præstandum securitatem de solvendo debito, vel adimplendo promisso: Hypotheca verò sit rei immobilis; ut si alteri in securitatem solvendi debiti hypothecetur ager, domus, vel hujusmodi res immobilis. De cætero Pignus, & Hypotheca, pari fermè passu ambulant; & quod dicitur de uno, servata proportione intelligendum est de altero. Quinimò allata quoque differentia non semper observatur, nam Pignus quandoque attribuitur rei etiam immobili, quæ traditur creditori, arg. l. 2. ff. de Religiosis & sumptibus funerum, ibi: Qui pignori dedit agrum. Circa quod

Pactum An-
tichriseos,
quid?

Est regula-
ritate illici-
tum.

50. Quaritur l. An Pactum Antichriseos sit licitum, nec ne? Ubi sciendum est, Antichrisin esse pactum inter credito-rem & debitorem, ut creditor tamdiu pignore uti, & fructus ejus lucrari possit, donec debitum sibi restitutum sit. Quo prænotato,

51. Resp. Cum communī, pactum Antichriseos regulariter esse illicitum, ac usurarium. Ratio est: quia alioquin creditor ultra pecuniam, quam mutuò dedit, aliquid lucrabitur cau-sâ solius Mutui, quæ est Usura; siquidem in tali casu creditor lu-crare.

eraretur fructus ex Pignore. Hinc in Jure Canonico c. Cùm contra de Pignoribus , habetur , quòd secundum Canonicas sanctiones fructus restituñ , & in sortem debeant computari . Hinc etiam c. 1. & 2. de Usuris dicitur , quòd sit usura , lucrifacere fructus rei pignorata.

52. Dicitur regulariter : nam posunt quandoque alij justi Ticuli inter-
intervenire , ut liceat fructus ex Pignore lucrari . Primum est : si
fructus ex Pignore , vel Hypotheca percepti , non superent quan-
titatem pensionis , quæ jure Censûs , super eadem Hypotheca se-
cundum morem Patriæ constituti , exigipotest . Secundus est : si
creditor fundum , qui Pignori destinatus erat , certo pretio emat ,
cum pacto revendendi ; nam tunc creditor fit verus dominus
illius fundi , quamvis ipsum revendereteneatur , quando alter vult
premium principale refundere . His addi poterunt casus illi , in
quibus ratione lucri cessantis , vel damni emergentis , licitum est
aliquid in mutuo ultra sortem principalem exigere : Item & non-
nulli alij casus , de quibus Canonizæ .

53. Quæritur II. An in Pignoribus licitum sit Pactum Legis ^{Pactum Le-}
Commisloriæ ? Ubi notandum , quòd Pactum Legis Commislo-^{gis Con-}
næ dicatur illud , quo creditor cum debitore convenit , ut si intra ^{misi} milloræ ,
certum tempus non fuerit debitum solutum , Pignus pleno jure
acquiratur creditori .

54. Resp. cum communi Doctorum , hujusmodi Pactum Le- In Pignori-
gis Commisloriæ in Pignoribus non valere , sed veluti usurarium ^{bus an} reprobari ; & quidem tam à Jure Canonico , c. Significante de leat ?
Pignoribus ; quam à Jure Civili , l. ult. C. de Factis pignorum . Ratio
est : quia Pignus ordinatiè plus valet , quam ipsum debitum ; unde ejusmodi Pactum verè est usurarium . Debet proinde in tali
casu Pignus vendi , ac premium sortem principalem excedens ipsi
debitori restitui : sicuti observatur in Montibus Pietatis , si debi-
tum tempore definito non solvatur . Nonnulla alia , quæ de
Pignoribus dicenda forent , potius ad Juris Interpretes examinan-
da pertinent , quam ad Theologiam Moralem .

Q U Æ S T I O VI.

De Censibus , & an sint liciti ?

55. CONCL. I. Dimissis varijs alijs acceptationibus , census in Census ,
proposito idem est , ac jus contractu aliquo constitu- quid ?
tum , percipiendi annuam pensionem extre , vel perso-
na
Sss 3